Θράκης Πολιτ. αι Διαιρέσεις

Α. « Την ιδίᾳ Θράκην περί τον άνω Έβρον επί πόλεις Φιλιππούπολις και Βέρροια ή Βερόη (ύστερον Ειρηνούπολις.)

Β. Αιμιμόντιον, προς ανατολάς επί πόλεις Αδριανούπολις και Αγχίαλος.

Γ'. Ευρώπην περί την Προποντίδα και τον Ελλήσποντον, πόλεις Άπρος και Πέρινθος (ύστερον και μέχρι τούτου Ηράκλεια).

Δ. Ροδόπην προς Νότον επί πόλεις Μαρώνεια και Αίνος. »

Αμμιανός Μαρκελλίνος ακμάσας περί τα 390 μ. Χ.

Qae dum aguntur ita sollicite, nuntii percrebuere. certissimi, quorum clara fide compertum est Julianum Italiam et Illyricum cursu celeri praetergressum claustra interim occupasse Succorum, accita undique praestolantem. auxilia, ut multitudine stipatus armorum pervaderet Thracias. Αμ. Μαρκελλῖνος. XXI. 13.6

Nec tamen, cum corrigendis civilibus ita diligenter instaret, omisit castrensia, rectores militibus diu exploratos apponens, urbes quin etiam per Thracias omnes cum munimentis reparans extimis, curansque sollicite, ne arma vel indumenta aut stipendium vel alimenta deessent his quos per supercilia Histri dispersos excursibusque barbarorum oppositos agere vigilanter audiebat et fortiter. XXII.7.7.

Ubi per haec et similia factio firmiter videbatur. esse conposita, restabat ut abundans cogeretur militum manus, et impetratum est facile, id quod in publicis turbamentis aliquotiens ausa ingentia vel justis exorsa primordiis inpedivit. transeuntes ad expeditionem per Thracias concitate equitum peditumque turmae XXVI.8

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

blandeque acceptae et liberaliter cum essent, omnesque in unum sitae, jamque exercitus species appareret, promissis uberrimis inhiantes, sub exsecrationibus diris in verba juravere Procopii hunc polliciti pertinaciam quod eum suis armis defensabant.

XXVII. 4. Dum aguntur ante dicta per Gallias et Italiam, novi per Thracias exciti sunt procinctus. Valens enim ut consulto placuerat fratri, cujus regebatur arbitrio, arma concussit in Gothos ratione justa permotus, quod auxilia misere Procopio civilia bella ~~const~~ coeptanti

XXXI. 6. 5. Laudato regis consilio, quem cogitatorum norant fore socium efficacem, per Thraciarum latus omne dispersi ante gradiebantur, dediticiis vel captivis vicos uberes ostendentibus, eos praecipue ubi alimentorum reperiri satias dicebatur. . . . .

XXXI. 10 Haec autumno vergente in hiemem funest per Thracias turbines concurrebant quae temporum rabies velut cuncta cientibus Furiis ad regiones quoque longinquas progrediens late serpebat.

Dum haec aguntur in Thraciis, Gratianus docto litteris patruo, qua industria superaverit Alamannos, pedestri itinere praemissis inpedimentis et sarcinis, ipse cum expeditiore militum manu permeato Danubio, delatus Bononiam, Sirmium introiit. . . . . Αμ. Μαρκελλῖνος XXXI. 11. 6

12 Isdemque diebus exagitatus ratione gemina Valens, quod Lentienses compererat superatos, quodque Sebastianus subinde scribens facta dictis exaggerabat e Melanthiade signa commovit, aequiperare facinore quodam egregio adulescentem properans filium fratris. . . .

triduoque proximo cum barbari gradu incederent leni et metuentes eruptionem peterent Nicen, incertum quo errore procursatoribus omnem illam multitudinis partem, quam viderant, in numero decem milium esse firmantibus, imperator procaci quodam calore perculsus iisdem occurrere festinabat. proinde agmine ~~abi vallo~~ quadrato incedens prope suburbanum Hadrianupoleos venit, ubi vallo sudibus fossaque firmato, Gratianum inpatienter opperiens, Richomeren comitem domesticorum suscepit ab eodem imperatore praemissum cum litteris, ipsum quoque venturum mox indicantibus. . . .

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

243ε

Γενικα

Χριστιανοι πρεσβύτεροι.

XXXI. 12. 8. Et dum necessaria parabantur ad decernendum, Christiani ritus presbyter, ut ipsi appellant, missus a Fritigerno legatus cum aliis humilibus venit ad principis castra, susceptusque leniter ejusdemque ductoris optulit scripta petentis propalam ut sibi suisque, quos extorres patriis laribus rapidi ferarum gentium exegere discursus, habitanda Thracia sola cum pecore omni concederetur et frugibus; hoc impetrato spondentis perpetuam pacem. praeter haec idem Christianus ut conscius arcanorum et fidus, secretas alias ejusdem regis obtulit litteras, qui astu et ludificandi varietate nimium sollers docebat Valentem quasi mox amicus futurus et socius, aliter se popularium saevitiam mollire non posse vel ad condiciones rei Romanae profuturas allicere, nisi subinde armatum isdem juxta monstraret exercitum et timore imperatorii nominis intentato eos a pernicioso pugnandi revocaret ardore. et legati quidem ut ambigui frustra habiti discesserant

Exoriente vero aurora diei quem quintum Iduum Augustarum numeras ostendit annalis, signa praepropere commoventur, inpedimentis et sarcinis prope Hadrianopoleos muros cum legionum tutela congrua conlocatis. thesauri enim et principalis fortunae insignia cetera cum praefecto et consistorianis ambitu moenium tenebantur . . . .

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Γενικα.

Καλλίπολις. Σηστος. Πέρινθος. Ηρακλει 243ν

Κυνος-σημα. Κοιλα. Λυσιμαχεια

Hinc gracilescens paulatim et velut naturali quodam commercio ruens in Pontum ejusque partem adsumens, in speciem Φ litterae formatur, exin Hellespontum a Rhodope scindens ubi sepulta creditur Hecuba et Coelae praeterlabitur et Seston et Callipolim, contra per Achillis Ajacisque sepulcra Dardanum contingit et Abydon unde junctis pontibus Xerxes maria pedibus peragravit, dein Lampsacum Themistocli dono datam a rege Persarum et Parien, quam condidit Iasionis filius Parius, unde semiorbe curvatiens altrinsecus, lataque aperiens terrarum divortia, circumfluis spatiis Propontidos respergit ex eos latere Cyzicum et Dindyma, religiosa matris magnae delubra et Apamiam Ciumque, ubi Hyla secuto tempore Nicomediam a rege cognominatam, qua in occasum procedit Chersonesum pulsat et Aegospotamus, in quo loco lapides casuros ex caelo praedixit Anaxagoras, et Lysimachiam et civitatem, quam Heracles conditam Perinthi comitis sui memoriae dedicavit, et ut effectae plenaeque Φ litterae figura servetur, in meditallio ipso rotundicatis

Αμμιανος Μαρκελλῖνος XXII 8.4

Γενικά.

Αθύρας. Σηλυμβρία. Βυζάντιον

Proconesus insula est ollonga et Besbicus.

7. Post cujus summitatem in angustias rursus extenuatum Europam et Bithyniam intercurrens, per Chalcedona, Chrysopolim, et stationes transit obscuras, nam supercilia ejus sinistra Athyras portus despectat et Selymbria et Constantinopolis, vetus Byzantium, Atticorum colonia, et promuntorium Ceras praelucentem navibus vehens constructam celsius turrim qua propter Ceratas appellatur ventus inde suetus oriri praegelibus.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

XXVII 4, 2. Erat Thraciarum descriptio facilis, si veteres concinerent stili, quorum obscura varietas quoniam opus veritatem professum non juvat, sufficiet ea, quae vidisse meminimus, expedire. has terras inmensa quondam camporum placidate aggerumque altitudine fuisse porrectas, Homeri perennis auctoritas docet, aquilonem et zephyrum ventos exinde flare fingentis, quod aut fabulosum est, aut tractus antehac diffusi latissime, destinatique nationibus feris, cuncti Thraciarum

Σκορδίσκοι. Αἶμος. Ροδόπη

vocabulo censebantur. et partem earum habitavere Scordisci, longe nunc ab iisdem provinciis disparati, saevi quondam et truces, ut antiquitas docet, hostiis captivorum Bellonae litantes et Marti, humanumque sanguinem in ossibus capitum cavis bibentes avidius, quorum asperitate post multiplices pugnarum aerumnas saepe res Romana vexata postremo omnem amisit exercitum cum rectore.

Sed et nunc cernimus, eadem loca formata in cornuti sideris modum effingunt theatri faciem speciosam. cujus in summitate occidentali montibus praeruptis densitate Succorum patescunt angustiae, Thracias dirimentes et Daciam. partem vero sinistram arctois obnoxiam stellis Haemimontanae celsitudines claudunt et Hister, qua Romanum cespitem lambit, urbibus multis et castris contiguus et castellis, per dextrum, quod australe est, latus scopuli tenduntur Rhodopes, unde eoum jubar exsurgit, finitur in fretum; cui undosius ab Euxino ponto labenti, pergentique fluctibus reciprocis ad Aegaeum discidium panditur.

Δ 2435.

Γενικά

Στάγειρα. Οδρύσαι. Έβρος. Μάρκος Δίδιος.(1)

8 terrarum angustum. ex angulo tamen orientali Macedonicis iungitur conlimitiis per artas praecipitesque vias, quae cognominantur Acontisma: cui proxima Arethusa curvalis est statio, in qua visitur Euripidis sepulcrum, tragoediarum sublimitate conspicui, et Stagira, ubi Aristoten, ut Julius ait, fundentem aureum flumen accepimus natum. haec quoque priscis temporibus loca barbari tenuere, morum sermonumque varietate dissimiles. e quibus praeter alios ut inmaniter efferati timebantur Odrysae, ita humanum fundere sanguinem adsueti ut cum hostium copia non daretur, ipsi inter epulas post cibi satietatem et potus suis velut alienis corporibus inprimerent ferrum.

10 Verum aucta re publica dum consulare vigeret imperium, has gentes antehac semper indomitas vagantesque sine cultu vel legibus, Marcus Didius ingenti obstinatione pressit, Drusus intra fines continuit proprios, Minucius prope amnem Hebrum a celsis Odrysarum montibus fluentem, superatas proelio stravit, post quos residui ab Appio Claudio proconsule sunt infesta concertatione deleti. oppida enim in Bosporo sita et Propontide classes optinuere

(1) Εν Ιω. Πίνακι ο εισόδης ονομάζεται Didius Romanus Thraciae olim victor..